DEUS, a quo sancta desidéria, recta consília et justa sunt ópera : da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem : ut et corda nostra mandátis tuis dedita, et hóstium subláta formidine, témpora sint tua protectióne tranquilla. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(ex M. R.)

DA Dómine propítius pacem in diébus nostris, ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti, et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatióne secúri. Per Christum Dóminum ... Amen.

(ex M. R.)

DÓMINE Iesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis : «Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis, non quómodo mundus dat ego do vobis », ne respicias peccáta nostra sed mérita tua, et concéde ómnibus fámulis tuis, ut quos creávit Pater omnípotens atque gubérnat, quosque Tu pretiósó Sanguine redemísti et ad vitam ætérnam destinásti, omnes altérutrum toto corde propter te diligéntes, cor unum fiant et perénni tua pace læténtur.

Dómine Iesu Christe, de quo cécinít Prophéta: «Et adorábunt eum omnes reges terræ, omnes gentes sérvient ei», regnum tuum ad genus humánum univérsum exténde. Super omnes hómines fidei tuæ lumen immitte, a passiónum illécebris vinculisque eos libera, atque ad coeléstia dírige : et concéde propítius, ut civitátes nationésque per immaculátam Sponsam tuam Ecclésiám sanctam coniúntæ, beatíssima Virgine María Regina Pacis intercedénte, tibi humillime famuléntur ; et ex ómnibus linguis et pópulis unus existat chorus, qui, die ac nocte, te láudet, te benedicat, te exáltet, o Rex géntium et dominator eárum, o Princeps pacis, o sæculórum Rex immortalis. Amen.

PUER natus est nobis, et filius datus est nobis :  
cujus impérium super húmerum ejus :  
et vocábitur nomen ejus, Princeps pacis.

(Isaias IX, 6)

O IESU, Fili Dei vivi, miserére nobis!

O IESU, Fili Mariæ Virginis, miserére nobis!

O IESU, rex et centrum ómnium córdium, fac ut fiat pax in regno tuo.

DEUS, auctor pacis et amátor, quem nosse, vivere, cui servíre, regnáre est : prótege ab ómnibus impugnatióibus súpplices tuos ; ut qui in defénsiône tua confidimus, nullius hostilitátis arma timeámus. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(ex M. R.)

Sancta María, Regina Pacis, ora pro nobis.

## FOR PEACE

GIVE peace in our times, O Lord,  
because there is none other that fighteth for us,  
but only Thou, O our God.

Ÿ. Peace be within thy walls,  
R̃. And abundance within thy towers.

Let us pray.

O GOD, from Whom all holy desires, all right counsels and all just works do proceed; give unto Thy servants that peace which the world cannot give, that both our hearts may be set to obey Thy commandments, and also that we, being delivered from the fear of our enemies, may pass our time, under Thy protection, in rest and quietness. Through Christ our Lord. Amen.

(Pre-1968: 3 years \*)

GRACIOUSLY give peace, O Lord, in our days, that, being assisted by help of Thy mercy, we may ever be free from sin and safe from all disturbance. Through Christ our Lord.

(Pre-1968: 3 years \*)

LORD Jesus Christ, Who didst say unto Thine Apostles: "Peace I leave you, my peace I give unto you, not as the world giveth, do I give unto you." regard not our sins but Thy merits, and grant unto all Thine servants, that they whom the Almighty Father hath created and governeth, and whom Thou hast ordained unto everlasting life, may love one another with all their hearts for Thy sake, and be made one in spirit and rejoice in Thy perpetual peace.

Lord Jesus Christ, concerning Whom the Prophet hath said: "And all kings of the earth shall adore Him, all nations shall serve Him," extend Thy reign over the whole human race. Send upon all men the light of Thy faith, deliver them from all the snares and bonds of passion, and direct them to heavenly things; and graciously grant, that the states and nations may be united by means of Thine immaculate Bride, Holy Church, and, through the intercession of the blessed Virgin Mary, Queen of Peace, may serve Thee in all humility; and that all tongues and peoples may form one great choir, to praise Thee both day and night, to bless Thee, to exalt Thee, O King of the nations and the Ruler thereof, O Prince of Peace, immortal King of ages. Amen.

(Pre-1968: 500 days ; #703)

A CHILD is born to us, and a Son is given to us:  
whose government is upon His shoulder:  
and His name shall be called, the Prince of Peace.

(Isaias 9:6)

O JESUS, Son of the living God, have mercy on us!

O JESUS, Son of the Virgin Mary, have mercy on us!

O JESUS, King and centre of all hearts, grant that peace may be in Thy kingdom.

(Pre-1968: 300 days)

O GOD, Who art the author and lover of peace, in knowledge of Whom is eternal life, Whose service is a kingly state; defend us Thy humble servants from all assaults of our enemies; that we, surely trusting in Thy defense, may not fear the power of any adversaries. Through Christ our Lord. Amen.

(Pre-1968: 3 years \*)

Holy Mary, Queen of Peace, pray for us.

## TEMPORIBUS TRIBULATIONIS ET NECESSITATIS

.....  
*See also the Booklet FOR PROTECTION.*  
.....

### In Tempore Terræ Motus

**DEUS**, qui fundasti terram super stabilitatem suam, suscipe preces populi tui : ac tremētis terræ periculis pénitus amōtis, divīnæ tuæ iracūdiæ terrōres in humānæ salutis remēdia convérte ; ut qui de terra sunt, et in terram reverténtur, gāudeant se fieri sancta conversatiōne coelēstes. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(ex M. R.)

.....

### In Temporibus Iudicii vel Calamitatis

**NE** despicias, omnipotens Deus, pópulum tuum in afflictiónē clamāntem, sed propter glóriam nóminis tui, tribulātis succúrre placātus. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

.....

**RÉSPICE**, Dómine, ad humilitatem nostrum  
et non déseras nos in témpore tribulatiōnis.

.....

### Deus refugium nostrum

**DEUS**, refúgium nostrum et virtus, pópulum ad te clamāntem propitius réspice atque flagella tuæ iracūdiæ, quæ pro peccātis nostris merémur, avérte. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Mérito hæc pátiar, Dómine, quia peccávi!*

.....

### Deus qui nos in tantis

**DEUS**, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humána scis fragilitate non posse subsistere, da nobis salutem mentis et córporis, ut ea, quæ pro peccātis nostris pátimur, te adiuvante vincámus. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(ex M. R.)

*A periculis cunctis, libera nos, Dómine!*

.....

### Adiuva nos, Deus

**ADIUVA** nos, Deus salutáris noster, et propter glóriam Nóminis tui libera nos, et propitius esto peccātis nostris propter Nomen tuum.

Ÿ. Propter glóriam Nóminis tui libera nos,  
R̃. Et propitius esto peccātis nostris propter Nomen tuum.

Orémus.

**PRECES** populi tui quæsumus, Dómine, clemēter exaudi, et qui iuste pro peccātis nostris affligimur, pro glória Nóminis tui misericórditer liberémur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

## IN TIMES OF TRIBULATION & NECESSITY

.....  
*See also the Booklet FOR PROTECTION.*  
.....

### In Time of Earthquake

**O GOD**, Who hast established the earth upon firm foundations, graciously receive the prayers of Thy people: and, having utterly removed the dangers of the shaken earth, turn the terrors of Thy divine wrath into the means of salvation of mankind; that they who are of the earth, and unto earth shall return, may rejoice to find themselves citizens of heaven by means of a holy life. Through Christ our Lord. Amen.

(Pre-1968: 500 days)

.....

### In Times of Trial or Calamity

**DESPISE** not, Almighty God, Thy people who cry out to Thee in their affliction, but for the glory of Thy Name, being appeased assist those who are in tribulation. Through Christ our Lord. Amen.

(Pre-1968: 3 years)

.....

**REGARD**, O Lord, our humility  
and forsake us not in the time of tribulation.

(Pre-1968: 300 days)

.....

### O God, Our Refuge

**O GOD**, our refuge and our strength, mercifully regard Thy people who cry to Thee, and turn away the scourges of Thy anger, which we justly deserve for our sins. Through Christ our Lord. Amen.

(Pre-1968: 3 years)

*I deserve to suffer these things, O Lord, for I have sinned!*

(Pre-1968: 300 days)

.....

### O God, Who knowest us

**O GOD**, Who knowest us to be set in the midst of so great dangers, that, by reason of the frailty of our nature, we cannot stand upright, grant us such health of mind and body, that those evils which we suffer for our sins we may overcome through Thine assistance. Through Christ our Lord. Amen.

(Pre-1968: 500 days)

*From all dangers, deliver us, O Lord!*

(Pre-1968: 300 days)

.....

### Help us, O God

**HELP** us, O God, our Saviour; and for the glory of Thy Name deliver us: and forgive us our sins for Thy Name's sake.

Ÿ. For the glory of Thy holy Name deliver us,  
R̃. And forgive us our sins for Thy Name's sake.

Let us pray.

**MERCIFULLY** hear the prayers of Thy people, we beseech Thee, O Lord, that we who are justly afflicted for our sins, may be mercifully delivered from the same for the glory of Thy holy Name. Through Christ our Lord. Amen.

(Pre-1968: 3 years)



### **In fame (vel pestilentia)**

**DA** nobis, quæsumus, Dómine, piæ supplicatiónis efféctum : et famen (*vel pestilentiam*  $\Delta$ ) propitiátus avérte ; ut mortálium corda cognóscant, et te indignánte tália flagélla prodire, et te miseránte cessáre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen. (*Ref BBG p. 487*)  
(ex M. R.)

.....

### **Tempestates avertere et impietatem spiritualem**

**ADOMO** tua, quæsumus, Dómine, spiritáles nequitiæ repelántur : et aëreátum discédát malignitas tempestátum. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.  
(ex M. R.)

.....

### **Pro pluvia**

**DEUS**, in quo vivimus, movémur, et sumus : plúviam nobis tríbue congruéntem ; ut, præsentíbus subsidiis sufficiéntur adjúti, sempitérna fiduciálius appetámus. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.  
(ex M. R.)

.....

### **Pro aëris serenitatem**

**AD** te nos, Dómine, clámantes exáudi : et aëris serenitátem nobis tríbue supplicántibus ut, qui juste pro peccátis nostris affligimur, misericórdia tua præveniéntem cleméntiam sentiámus. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.  
(ex M. R.)

.....

### **Deus refugium nostrum**

**DEUS**, refúgium nostrum et virtus ; adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta : ut, quod fidéliter pétimus, effícaciter consequámur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.  
(ex M. R.)

.....

### **Ad Sanctorum intercessionem implorandum**

**CONCÉDE**, quæsumus, omnipotens Deus : ut intercessio sanctæ Dei Genitrícis Mariæ, sanctórumque ómnium Apostolórum, Mártyrum, Confessórum, atque Virgínium, et ómnium Electórum tuórum, nos ubique lætíficet ; ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

.....

### **Pietate tua**

**PIETÁTE** tua, quæsumus Dómine, nostrórum solve víncula peccatorum, et intercedén-te beáta sempérque Virgine Dei Genitrice María cum beáto Joseph ac beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo et ómnibus Sanctis, nos fámulos tuos et loca nostra in omni sanctitáte custódi ; omnes consanguinitáte, affinitáte ac familiaritáte nobis conjúntos a vítiis purga, virtútibus illústra ; pacem et salútem nobis tríbue ; hostes visibiles et invisibiles rémove ; carnália desidéria repélle ; aërem salúbrem indúlge, amicis et inimicis nostris caritátem largíre ; Urbem tuam custódi ; Pontíficem nostrum N. consérva ; omnes Prælátos, Príncipes cunctumque pópulum cristiánium ab omni adversitate defénde. Benedictio tua sit super nos semper ; et ómnibus fidélibus defunctis réquiem ætérrnam concéde. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

### **In Time of Famine (or Pestilence)**

**WE** beseech Thee, O Lord, grant us the object of our pious supplication, and mercifully keep famine (*or pestilence*) away; that the hearts of men may acknowledge that such scourges spring from Thy wrath and are stayed by Thy mercy. Through Christ our Lord. Amen.

.....

### **To Avert Storms & Spiritual Wickedness**

**WE** beseech Thee, O Lord, that all spiritual wickedness may be driven away from Thy house, and that the fury of the storms may pass away. Through Christ our Lord. Amen.

.....

### **For Rain**

**O GOD**, in Whom we live, move and have our being, grant us reasonable rain, that, our temporal needs being sufficiently supplied, we may with greater confidence seek after things eternal. Through Christ our Lord. Amen.

.....

### **For Fair Weather**

**O LORD**, hear us who cry to Thee; and grant fine weather to Thy suppliants, that we who are justly afflicted for our sins, may by the exercise of Thy bounty experience Thy clemency. Through Christ our Lord. Amen.

.....

### **For any Necessity**

**O GOD**, our refuge and our strength, hearken to the pious prayers of Thy Church, Thou Who art Thyself the Author of piety, and grant that what we faithfully ask for we may efficaciously obtain. Through Christ our Lord. Amen.

.....

### **To Implore the Intercession of the Saints**

**GRANT**, we beseech Thee, almighty God, that the intercession of the holy Mother of God, the Blessed Virgin Mary, of all the holy Apostles, Martyrs, Confessors and Virgins, and of all Thine Elect, may ever gladden us; that we who celebrate their merits may enjoy their help and patronage. Through Christ our Lord. Amen.

.....

### **Of Thy Tender Mercy**

**OF** Thy tender mercy, we beseech Thee, O Lord, loose the bonds of our sins, and through the intercession of Mary, the blessed and ever-Virgin Mother of God, together with that of Saint Joseph and Thy blessed Apostles Peter and Paul, and of all Thy Saints, keep us Thy servants and our dwelling places in all holiness; cleanse from sin and endue with virtue all those who are joined to us by kindred, affinity and friendship; grant unto us peace and safety; remove far from us our enemies, both visible and invisible; repress all our carnal desires; grant us wholesome air; bestow Thy charity upon our friends and enemies; guard Thy city; preserve our Pontiff N.; defend all prelates and princes and Thine entire Christian people from every adversity. Let Thy blessing be evermore upon us, and do Thou grant unto all the faithful departed rest everlasting. Amen.

(Pre-1968: 3 years \*)

## PERSONALIA GRATIA ET NECESSITATUM PRIVATARUM

\*\*\*\*\*

**Lucis Creator** (ex *Vespere pro Dominica*)

LUCIS Creátor óptime,  
Lucem díerum próferens,  
Primórdiis lucis novæ,  
Mundi parans originem :

Qui mane junctum vésperi  
Diem vocári præcipis :  
Illábitur tetrum chaos,  
Audi preces cum flétibus.

Ne mens graváta crimine,  
Vitæ sit exsul múnere,  
Dum nil perénne cógitat,  
Seséque culpis illigat.

Cœléste pulset óstium :  
Vitále tollat præmium :  
Vitémus omne nóxium :  
Purgémus omne péssimum.

Præsta, Pater piíssime,  
Patrique compar Únice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne sæculum. Amen.

Ÿ. Dirigátur, Dómine, orátio mea.  
R. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

(Att. Ss. Gregorius Magnus or Ambrosius)

\*\*\*\*\*

**Pro donum lacrymarum**

OMNÍPOTENS et mitíssime Deus, qui sitiénti pópulo fontem vivéntis aquæ de petra produxisti : educ de cordis nostri durítia lácrimas compunctiónis ; ut peccáta nostra plángere valeámus, remissionemque eórum, te miseránte, mereámur accípere. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(ex M. R.)

\*\*\*\*\*

**Pro remissione peccatorum**

DEUS, qui nullum respúis, sed quantúmvis peccántibus, per poeniténtiam pia miseratíone placáris : réspice propítius ad preces humilitátis nostræ, et illúmina corda nostra ; ut tua valeámus implére præcépta. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(ex M. R.)

\*\*\*\*\*

**In tentatione et tribulatione**

DEUS, qui justificas ímpium, et non vis mortem peccatóris, majestátem tuam suppliciter deprecámur : ut fámulos tuos de tua misericórdia confidéntes, cœlésti prótegas benígnus auxílio, et assídua protectóne consérves ; ut tibi júgiter famuléntur, et nullis tentatiónibus a te separéntur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

## FOR PERSONAL GRACES & PRIVATE NECESSITIES

\*\*\*\*\*

**Prayer for Light** (from *Sunday Vespers*)

FATHER of Lights, by whom each day  
Is kindled out of night,  
Who, when the heavens were made, didst lay  
Their rudiments in light;

Thou, Who didst bind and blend in one  
The glistening morn and evening pale,  
Hear Thou our plaint, when light is gone,  
And lawlessness and strife prevail.

Hear, lest the whelming weight of crime  
Wreck us with life in view;  
Lest thoughts and schemes of sense and time  
Earn us a sinner's due.

So may we knock at Heaven's door,  
And strive the immortal prize to win,  
Continually and evermore  
Guarded without and pure within.

Grant this, O Father, only Son,  
And Spirit, God of grace,  
To Whom all worship shall be done  
In every time and place. Amen.

Ÿ. Let my prayer, O Lord, be directed  
R. As incense in Thy sight.

(Tr: Cdl. Newman)

\*\*\*\*\*

**For the Gift of Tears**

ALMIGHTY and most merciful God, Who, to quench the thirst of Thy people, didst draw a fountain of living water out of a rock, draw from our stony hearts tears of compunction, that we may be able to mourn for our sins and win forgiveness for them by Thy mercy. Through Christ our Lord. Amen.

\*\*\*\*\*

**For the Remission of Sins**

O GOD, Who rejectest no one, but art appeased in Thy tender mercy by the repentance of the greatest sinners, mercifully look down upon our humble prayers, and enlighten our hearts, that we may be able to fulfil Thy precepts. Through Christ our Lord. Amen.

\*\*\*\*\*

**In Temptation and Tribulation**

O GOD, Who restorest the wicked to justice and desirest not the death of the sinner: we humbly entreat Thy Majesty, that by Thy heavenly help and constant protection Thou wouldst graciously shield Thy servants who trust in Thy mercy, taht they may always serve Thee and never be separated from Thee by any temptation. Through Christ our Lord. Amen.

### Contra cogitationes malæ

OMNÍPOTENS et mitissime Deus, respice propitius ad preces nostras : et libera corda nostra de malárum tentationibus cogitationum ; ut Sancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereámur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.  
(ex M. R.)

### For Puritas

DA quæsumus, omnipotens ætérne Deus, ut per integerrimam virginitatem purissimæ Virginis Mariæ, puritatem mentis et corpóris consequámur. Amen.

*Fiat, Dómine, cor meum immaculátum, ut non confundar.*

AD te, Virgo Mater,  
qui nullo originali aut actuali peccato tactus est ;  
commendo et committo puritatem cordis mei. Δ

*Munda cor et corpus meum, sancta María.*

PER tuam Immaculatam Conceptionem, o María,  
redde purum corpus meum et sanctam ánimam meam.

(S. Alphon. de Ligorio)

*Tota pulchra es María, et mácula originális non est in te.*

### Pro continentia

URE igne Sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Dómine : ut tibi casto corpore serviámus, et mundo corde placeámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

(ex M. R.)

### Pro humilitas

DEUS, qui supérbis resistis, et grátiam præstas humilibus : concède nobis veræ humilitatis virtutem, cujus in se formam fidélibus Unigénitus tuus exhibuit ; ut nunquam indignationem tuam provocémus eláti, sed pótius grátiae tuæ capiámus dona subjécti. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum. Amen.

(ex M. R.)

### Pro patientiam

DEUS, qui Unigéniti tui patientia antiqui hostis contrivisti supérbiam : da nobis, quæsumus, quæ idem pie pro nobis pertulit, digne recólere ; sicque exémplo ejus, nobis adversántia æquanímiter toleráre. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum. Amen.

(ex M. R.)

### Pro caritate

DEUS, qui diligéntibus te facis cuncta prodéssé : da córdibus nostris inviolábilem tuæ caritátis affectum : ut desidéria de tua inspiratione concépta, nulla possint tentatione mutári. Per Dóminum nostrum Iesum Christum. Amen.

(ex M. R.)

### Against Evil Thoughts

ALMIGHTY and most merciful God, listen favourably to our prayers: and free our hearts from temptations to evil thoughts: that we may deserve to be accounted worthy dwelling places of the Holy Ghost. Through Christ our Lord. Amen.

### For Purity

GRANT, we beseech Thee, Almighty God, that we may attain to purity of mind and body through the inviolate virginity of the most pure Virgin Mary. Amen.

(Pre-1968: 500 days)

*Let my heart, O Lord, be made immaculate, that I may not be ashamed.*

(Pre-1968: 500 days)

TO thee, O Virgin Mother,  
who wast never touched by any spot of original or actual sin,  
I commend and entrust the purity of my heart.

(Pre-1968: 300 days)

*Make my heart and my body clean, holy Mary.*

(Pre-1968: 300 days)

BY thine Immaculate Conception, O Mary,  
make my body pure and my soul holy.

(Pre-1968: 300 days)

*Thou art all fair, O Mary, and the original stain is not in thee.*

### For Continence

BURN, O Lord, our reins and heart by the fire of the Holy Ghost, that we may serve Thee with chaste body and please Thee with clean heart. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the same Holy Ghost, God, world without end. Amen.

(Pre-1968: 3 years \*)

### For Humility

O GOD, Who withstandest the proud and givest grace to the humble, endue us with that true virtue of humility, the pattern of which Thine only-begotten Son Himself showed to the faithful: that we may never provoke Thee to anger by our pride, but rather in our lowliness obtain the gifts of Thy grace. Through the same Christ our Lord. Amen.

### For Patience

O GOD, Who, by the patience of Thine only-begotten Son, hast crushed the pride of the old enemy, help us, we beseech Thee, to recall devoutly what He with love endured for us, and thus, by the aid of His example, to bear our troubles with equanimity. Through the same Christ our Lord. Amen.

### For Charity

O GOD, Who makest all things work together for the good to them that love Thee, give to our hearts an abiding feeling of love for Thee: that the desires which we conceived by Thine inspiration may remain unchanged despite all temptation. Through our Lord ...

### Oratio pro Sanitate Corporis et Animæ

VIRGIN sanctissima, Mater Verbi Incarnati, Thesaurátor gratiárum, refúgium nobis miseris peccatóribus ; ad tuam maternam dilectionem cum fide viva confugimus, et te rogamus, ut gratiam nobis semper obtineas, ut voluntatem Dei et tuam facias. In manus tuas sacratissimas cordis nostri custodiam committimus ; deprecans te pro animæ et corporis salute, in certa spe, te, piissima Mater, exaudi orationem nostram. Unde cum fide viva dicimus :Δ

Ave Maria ... (ter)

Orémus.

DEFENDERE, quæsumus, Domine, famulis tuis, per intercessionem beatæ Mariæ semper Virginis, ab omni corporis et animæ infirmitate, et ab inimicorum laqueis, qui in toto corde tuo prosternuntur, propitius protege. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Immaculáta Virginis Mariæ Concéptio sit nobis salus et protéctio. Δ*

### Concede mihi, misericors Deus

CONCÉDE mihi, miséricors Deus, quæ tibi sunt plácita, ardénter concupiscere, prudénter investigáre, veráciter agnóscere, et perfécte adimplere ad laudem et glóriam Nóminis tui.

Ordina, Deus meus, statum meum et quod a me requiris, ut fáciam, tribue ut sciam ; et da éxsequi sicut opórtet et expedit ánimæ meæ.

Da mihi, Dómine Deus meus, inter próspera et advérsa non deficere, ut in illis non extólar, et in istis non déprimar. De nullo gáudeam vel dóleam, nisi quod ducat ad te, vel abdúcat a te. Nulli placére appetam, vel displicére timeam nisi tibi.

Viléscant mihi, Dómine, ómnia transitória, et cara mihi sint ómnia ætérna. Tædeat me gáudii quod est sine te, nec áliud cúpiam quod extra te. Deléctet me, Dómine, labor, qui est pro te ; et tædiósa sit mihi omnis quies, quæ est sine te.

Da mihi, Deus meus, cor meum ad te dirigere, et in defectióne mea cum emendatiónis propósito constánter dolére.

Fac me, Dómine Deus meus, oboediéntem sine contradiccióne, páuperem sine deiectione, castum sine corruptióne, patiéntem sine murmuratióne, húmitem sine fictione, hilarem sine dissolutióne, matúrum sine gravédine, ágilem sine levitáte, tíméntem te sine desperatione, verácem sine duplicitate, operántem bona sine præsumptione, proximum corripere sine elatione, ipsum ædificáre verbo et exémplo sine simulatióne.

Da mihi, Dómine Deus, cor pèrvigil, quod nulla abdúcat a te curiosa cogitatio : da nóbile, quod nulla deórsum trahat indigna afféctio ; da rectum, quod nulla seórsum obliquet sinistra inténtio : da firmum, quod nulla frangat tribulatio : da liberum, quod nulla sibi vindictet violénta afféctio.

Largíre mihi, Dómine Deus meus, intelléctum te cognoscéntem, diligéntiam te quæréntem, sapiéntiam te inveniéntem, conversatióne tibi placéntem, perseverántiam fidénter te expectantem, et fidúciám te finaliter amplecténtem. Da tuis pœnis hic affligi per pœniténtiam, tuis beneficiis in via uti per grátiam, tuis gaudiis in pátria pèrfrui per glóriam : Qui vivis et regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

(S. Thom. Aquinas)

### Prayer for Health of Body and Soul

VIRGIN most holy, Mother of the Word Incarnate, Treasurer of graces, Refuge of us poor sinners; we fly to thy maternal love with lively faith, and we ask thee to obtain for us grace ever to do the will of God and thine own. Into thy most holy hands we commit the keeping of our hearts; beseeching thee for health of soul and body, in the certain hope that thou, our most loving Mother, wilt hear our prayer. Wherefore with lively faith we say:

Hail Mary ... (thrice)

Let us pray.

DEFEND, O Lord, we beseech Thee, us thy servants, through the intercession of the Blessed Mary ever-Virgin, from all infirmity both of body and soul; and mercifully protect from the snares of enemies those who, with their whole heart, prostrate themselves before Thee. Through Christ our Lord. Amen.

*May the Virgin Mary's Immaculate Conception be our health and protection.*

### For the Grace of a Devout Life (St. Thomas Aquinas)

GRANT me, O merciful God, to desire eagerly, to investigate prudently, to acknowledge sincerely, and to fulfill perfectly those things that are pleasing to Thee, to the praise and glory of Thy holy Name.

Do Thou, O my God, order my life; and grant that I may know what Thou wilt have me to do; and give me to fulfill it as is fitting and profitable to my soul.

Grant me, O Lord my God, the grace not to faint either in prosperity or adversity, that I may not be unduly lifted up by the one, nor unduly cast down by the other. Let me neither rejoice nor grieve at anything, save what either leads to Thee or leads away from Thee. Let me not desire to please anyone nor fear to displease anyone save only Thee.

Let all things that pass away seem vile in my eyes, and let all things that are eternal be dear to me. Let me tire of that joy which is without Thee, neither permit me to desire anything that is outside Thee. Let me find joy in the labour that is for Thee; and let all repose that is without Thee be tiresome to me.

Give me, my God, the grace to direct my heart towards Thee, and to grieve continually at my failures, together with a firm purpose of amendment.

O Lord my God, make me obedient without gainsaying (*complaining*), poor without despondency, chaste without stain, patient without murmuring, humble without pretense, cheerful without dissipation, serious (*mature*) without undue heaviness, active without instability, fearful of Thee without abjectness, truthful without double-dealing (*duplicity*), devoted to good works without presumption, ready to correct my neighbour without arrogance, and to edify him by word and example without hypocrisy.

Grant me, Lord God, a watchful heart which shall be distracted from Thee by no vain thoughts; give me a generous heart which shall not be drawn downward by any unworthy affection; give me an upright heart which shall not be led astray by any perverse intention; give me a stout heart which shall not be crushed by any hardship; give me a free heart which shall not be claimed as its own by any unregulated affection.

Bestow upon me, O Lord my God, an understanding that knows Thee, diligence in seeking Thee, wisdom in finding Thee, a way of life (*more accurately: conversation*) that is pleasing to Thee, perseverance that faithfully waits for Thee, and confidence that I shall embrace Thee at the last. Grant that I may be chastised here by penance, that I may make good use of Thy gifts in this life by Thy grace, and that I may partake of Thy joys in the glory of heaven: Who livest and reignest, God, world without end. Amen.

(Pre-1968: 3 years, once a day\*)

## PRO BONUM ALIORUM

### Pro benefactoribus

RETRIBUERE dignare, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam. Amen.

(ex B. R.)

### Pro amici nostri

DEUS, qui caritátis dona per grátiam Sancti Spíritus tuórum fidélium córdibus infudisti : da fámulis et famulábus tuis, pro quibus tuam deprecámur cleméntiam, salútem mentis et córporis ; ut te tota virtúte diligant, et quæ tibi plácita sunt, tota dilectióne perficiant. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte eiúsdem Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

(ex M. R.)

### Pro inimici nostri

DEUS, pacis caritatisque amátor et custos : da ómnibus inimicis nostris pacem caritatémque veram, et cunctórum eis remissionem tribue peccatórum, nosque ab eórum insidiis poténter éripe. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(ex M. R.)

### Pro infirmos

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, salus ætérna credéntium : exaudi nos pro fámulis tuis infirmis, pro quibus misericórdiæ tuæ implorámus auxilium ; ut, réddita sibi sanitate, gratiárum tibi in Ecclesiá tua réferant actióes. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(ex M. R.)

### Pro bonum viventium

PRÆTENDE, Dómine, fidélibus tuis dexteram coeléstis auxilii : ut te toto corde perquirant, et quæ digne póstulant, cónsequi mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(ex M. R.)

### Pro vivis et defunctis

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuoórum, omníumque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænúscis : te súplices exorámus ; ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quósque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet vel futúrum jam exútos corpore suscepit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(ex M. R.)

## FOR THE GOOD OF OTHERS

### For Benefactors

MAY it please Thee, O Lord, to reward with eternal life all those who do good to us for Thy Name's sake. Amen.

### For our Friends

O GOD, Who by the grace of the Holy Ghost, hast poured the gifts of charity into the hearts of Thy faithful, grant to Thy servants and handmaids, for whom we entreat Thy mercy, health of mind and body: that they may love Thee with all their strength and, by perfect love, may do what is pleasing to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the same Holy Ghost, God, world without end. Amen.

### For our Enemies

O GOD, Who art the Lover and Guardian both of peace and charity, give to all our enemies peace and true charity, and grant them remission of all their sins, and by Thy might deliver us from their snares. Through Christ our Lord. Amen.

### For the Sick

ALMIGHTY, everlasting God, the eternal salvation of those who believe, hear us on behalf of Thy servants who are sick, for whom we humbly crave the help of Thy mercy, that, being restored to health, they may render thanks to Thee in Thy Church. Through Christ our Lord. Amen.

DEVOUT PRACTISE: *The faithful who visit the sick in hospitals in order to perform the works of charity, may gain: An indulgence of 7 years.*

(Pre-1968; #667)

### For the Welfare of the Living

O LORD, stretch forth to Thy faithful the right hand of heavenly help: that they may seek Thee with their whole heart and be worthy to receive their just requests. Through Christ our Lord. Amen.

### For the Living and the Dead

ALMIGHTY and everlasting God, Who hast dominion over both the living and the dead, and hast mercy on all whom Thou foreknowest shall be Thine by faith and good works, we humbly beseech Thee that all for whom we have resolved to pray, whether still in the flesh in this life or freed from the body in the next, may by the intercession of all Thy Saints, obtain of Thy mercy and clemency the pardon of all their sins. Through Christ our Lord. Amen.



## REPARATIO PRO BLASPHEMIES

\*\*\*\*\*  
*In a spirit of reparation for the un-ending blasphemies given God by men ..*  
\*\*\*\*\*

### Laudes Divinae

**BENEDICTUS** Deus.  
Benedictum Nomen Sanctum eius.  
Benedictus Iesus Christus, verus Deus et verus homo.  
Benedictum Nomen Iesu.  
Benedictum Cor eius sacratissimum.  
Benedictus Sanguis eius pretiosissimus.  
Benedictus Iesus in sanctissimo altaris Sacraménto.  
Benedictus Sanctus Spiritus, Paráclitus.  
Benedicta magna Mater Dei, María sanctíssima.  
Benedicta sancta eius et immaculáta Concéptio.  
Benedicta eius gloriósa Assúptio.  
Benedictum nomen Mariæ, Virginis et Matris.  
Benedictus sanctus Ioseph, eius castissimus Sponsus.  
Benedictus Deus in Angelis suis, et in Sanctis suis.  
Amen.

(Fr. Luigi Felici, with papal additions)

**LAUDETUR**, adoretur, ametur  
et glorificetur omni momento  
Cor Eucharisticum Jesu,  
in omnibus tabernaculis mundi,  
usque ad consummationem sæculorum.  
Amen. Δ

(Pius IX)

Sit Nomen Dómini benedíctum!  
(In reparationem blasphemiz)

Sanctíssimum Nomen Iesu sit benedictus infinito. Δ  
(Suggestio : dicere quinque tempora)

Sacrum Cor Iesu, pauperes blasphemos converte! Δ  
(In reparationem blasphemiz)

Laudétur Iesus Christus. In sæcula.  
Laudétur Iesus et María. Hódie et semper.  
(Pre-1968: 300 days\* when used as a greeting or salutation; #697)

### Psalmus CXVI

**LAUDATE** Dóminum, omnes gentes : laudate eum, omnes populi.  
Quoniam confirmata est super nos misericordia eius :  
et veritas Dómini manet in æternum.

Gloria Patri ...

## REPARATION FOR BLASPHEMIES

\*\*\*\*\*  
*.. one may like to add one of some of these to one's daily regimen; perhaps after the Angelus.*  
\*\*\*\*\*

### The Divine Praises

**BLESSED** be God.  
Blessed be His holy Name.  
Blessed be Jesus Christ, true God and true Man.  
Blessed be the Name of Jesus.  
Blessed be His Most Sacred Heart.  
Blessed be His Most Precious Blood.  
Blessed be Jesus in the Most Holy Sacrament of the Altar.  
Blessed be the Holy Ghost, the Paraclete.  
Blessed be the great Mother of God, Mary most holy.  
Blessed be her holy and Immaculate Conception.  
Blessed be her glorious Assumption.  
Blessed be the name of Mary, Virgin and Mother.  
Blessed be Saint Joseph, her most chaste Spouse.  
Blessed be God in His Angels and in His Saints.  
Amen.

(Pre-1968: 3 years\*; 5 years if said publicly)

**MAY** the Heart of Jesus  
in the most Blessed Sacrament  
be praised, adored, and loved  
with grateful affection, at every moment,  
in all the tabernacles of the world,  
even unto the end of time. Amen.

(Pre-1968: 100 days, once a day)

Blessed be the Name of the Lord!  
(Pre-1968: 500 days\*; as often as devoutly recited upon hearing blasphemies against God)

May the most Holy Name of Jesus be infinitely blessed.  
(Perhaps recite five times, meditating the Holy Wounds)

Sacred Heart of Jesus, convert poor blasphemers!  
(Pre-1968: 300 days\*)

Praised be Jesus Christ. Forever.  
Praised be Jesus and Mary. Today and forever.  
(Pre-1968: 300 days\* when used as a greeting or salutation; See p.45)

### Psalm 116

**O PRAISE** the Lord, all ye nations: praise him, all ye people.  
For his mercy is confirmed upon us:  
and the truth of the Lord remaineth for ever.

Glory be ...

## PRO FAMILIIS, SPONSIS ET PUERIS

For details on & formula for the formal Enthronement of the Sacred Heart of Jesus ..

### Actus consecrationis familiae ad Sacrum Cor Iesu

O SACRATÍSSIMUM Cor Iesu, Tu beátæ Margaritæ Mariæ desidérium regnândi super christiánas familias pandidisti : ecce ut tibi placeámus ádsu-mus hódie, ut plenum tuum super nostram familiam impérium proclam-émus.

Vólumus deinceps tuam vitam vivere, vólumus in sinu familiae nostræ florére virtútes, quibus Tu in terris pacem promisisti, vólumus longe arcére a nobis spíritum mundi, quem Tu damnásti. Tu regnábis in mente nostra fidei nostræ simplicitáte, in corde nostro tui solius amóre, quo flagrabit erga te et cuius vivam servábimus flammam frequénti divínæ Eucharistiæ receptióne.

Dignáre, Cor divinum, nobis præesse in unum conveniéntibus, benedicere negótiis spirit-uálibus et temporálibus, arcére moléstias, sanctificáre gáudia, poenas leváre. Si quando misere quis nostrum in tantum ærúmnam inciderit ut te affligat, fac in memóriam illi rédigas, Cor Iesu, te cum peccatóre, quem pænitet, plenum esse bonitátis et misericórdiæ.

Et quum hora separatiónis insonúerit et mors in familiae nostræ sinum luctum intúlerit, nos omnes, sive abeúntes sive manéntes, tuis ætérnis decrétiis nos subiiciémus. Hoc solátio erit nobis, ánimo recogitáre ventúrum esse diem, in quo familia nostra, in cœlo coniúcta, tuam glóriam, tua beneficia in ætérnum cantáre póterit.

Dignétur Cor Immaculátum Mariæ, dignétur gloriósus Patriárcha sanctus Ioseph tibi hanc consecratiónem offérre, eiúsque vivam in nobis singulis diébus vitæ nostræ conserváre memóriam.

Vivat Cor Iesu, Regis et Patris nostri! Amen.

*Suggestio, pro defunctis familiaribus :*

**Requiem Æternam ... Pater noster ... Ave Maria ...**

*Salve Regina cantari potest.*

Ÿ. Sacratíssimum Cor Iesu,


℞. Miserére nobis.

### ‘HISTORICAL’ PRE-1968 INDULGENCES:

- The members of a family, on the day when for the first time the family is consecrated to the Sacred Heart of Jesus, if they recite the above prayer **before a likeness of the Sacred Heart**, are granted: An indulgence of 7 years; or Plenary on the usual conditions.
- The members of a family, on the day when this consecration is **renewed each year**, if they make use of the same prayer before a likeness of the Sacred Heart of Jesus, are granted: An indulgence of 3 years; or plenary on the usual conditions.

DEFÉNDE, quæsumus Dómine, beáta Mariá semper Vírgine intercedénte, istam ab omni adversitáte familiam ; et toto corde tibi prostrátam, ab hóstium propítius tuére cleménter insidiis. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(ex M. R.)



## FOR FAMILIES, SPOUSES & CHILDREN

.. in one's home, see the separate TRADITIONAL DEVOTIONS & PRACTISES Booklet.

### Act of Consecration of the Family to the Sacred Heart of Jesus

O MOST Sacred Heart of Jesus, Thou didst reveal to blessed Margaret Mary Thy desire to rule over Christian families; behold, in order to please Thee, we stand before Thee this day, to proclaim Thy full sovereignty over our family.

We desire henceforth to live Thy life, we desire that the virtues, to which Thou hast prom-ised peace on earth, may flower in the bosom of our family; we desire to keep far from us the spirit of the world, which Thou hast condemned. Thou art King of our minds by the simplicity of our faith; Thou art King of our hearts by our love of Thee alone, with which our hearts are on fire and whose flame we shall keep alive by frequently receiving the Holy Eucharist.

Be pleased, O Sacred Heart, to preside over our gathering together, to bless our spiritual and temporal affairs, to ward off all annoyance from us, to hallow our joys and comfort our sorrows. If any of us has ever been so unhappy as to fall into the misery of displeasing Thee, grant that he may remember, O Heart of Jesus, that Thou art full of goodness and mercy toward the repentant sinner.

And when the hour of separation strikes and death enters our family circle, whether we go or whether we stay, we shall all bow humbly before Thine eternal decrees. This shall be our consolation, to remember that the day will come, when our entire family, once more united in heaven, shall be able to sing of Thy glory and Thy goodness forever.

May the immaculate Heart of Mary and the glorious Patriarch Saint Joseph vouchsafe to offer Thee this our act of consecration, and to keep the memory thereof alive in us all the days of our lives.

Glory to the Heart of Jesus, our King and our Father! Amen.

*Suggestion, for deceased family members:*

**Eternal rest ... Our Father ... Hail Mary ...**

*The Hail Holy Queen can be sung.*

Ÿ. Most Sacred Heart of Jesus,

℞. Have mercy on us.

### ‘HISTORICAL’ PRE-1968 INDULGENCES:

**N.B.** The same indulgence may be gained under the usual conditions by the members of **other institutes** (e.g. a religious community, a parish, a college or school, etc.), both on the day when the consecration is made for the first time and each year on the day when it is renewed, provided that they make use of a form approved by the Ordinary.

(Raccolta, 1957 ed. #705)

GUARD, we beseech Thee, O Lord, through the intercession of Blessed Mary ever-Virgin, this family from all adversity; and as we humbly bow before Thee with all our hearts, graciously protect us, in Thy mercy, from all snares of the enemy. Through Christ our Lord.

(Pre-1968: 3 years\*)

\*\*\*\*\*  
FOR PARENTS  
\*\*\*\*\*

**Domine Deus, qui nos ad matrimonium advocans**

**DÓMINE** Deus, qui nos ad matrimonium ádvocans, illud efficere fecúndum dignátus es, sublimémque hunc statum, in quo a te pósito sumus, quadam fecunditátis tuæ infinitæ imáginē lætíficas ; tibi dilectíssimos liberos nostros ardénter commendámus. Ipsos in tua patérna tutéla atque omnipoténti patrocínio collocámus, ut semper in sancto tui timóre succréscant, vitam pénitus christiánam tradúcant, et non solum nobis, qui eis vitam dedimus, sed præsertim tibi, eorúmdem Creatóri, solátium áfferant.

Vide, Dómine, úbinam géntium ipsi versántur ; vide cállida blandiménta quibus úndique hómines eórum mentes animúmque fallácibus doctrínis pravisque exémplic corrúmpere conántur. Ad ipsórum auxiliúm ac defénsiónem, Dómine, vigila ; nobisque concéde, ut, de permágnō pericúlo quod ante tuam divinam iustítiam prorsus exstat certióres facti, recto nostræ vitæ nostrorúmque morum exémplo, perfectíssima tuæ sanctæ legis ac Matris Ecclésiæ observántia, eos per virtútis ac mandatórum tuórum sémitas perducere valeámus ; cuncta vero ópera nostra inánis evadet nisi Tu, omnípotens et miséricors Deus, tua cœlésti benedictióne eam fecúndam reddideris.

Hanc igitur benedictiónem, ex imo corde ac fidéntes bonitáte magna et favóre nobis concessis, a te pétimus pro nobis atque filiis quos nobismetipsis donáre voluísti. Tibi, Dómine, eos consecrámus ; eos custódi tamquam tuórum oculórum pupillam et sub alárum tuárum eósdem prótege, et éffice ut una simul cum ipsis ad cœlum pervenire valeámus, grátias ágéntes pro custódia quam, amábilis Pater, totíus familiæ nostræ habuísti, et te in ætérna sæcula laudántes. Amen.

\*\*\*\*\*  
FOR CHILDREN  
\*\*\*\*\*

**Omnipotens sempiterne Deus, qui per arcana tuæ**

**OMNÍPOTENS** sempitérne Deus, qui per arcána tuæ ineffábilis providéntiæ consília, ad vitam nos vocare dignátus es ópera paréntum nostrórum pro nobis tuam potestátem referéntium, exáudi filiális pietátis oratióne quam tibi offerimus pro iis, quibus paternórum tuórum víscerum misericóriam comunicásti, ut super nostrum vitæ curriculum tua sanctæ ac generósæ dilectiónis levámen effúnderent.

Imple, Dómine, singuláribus tuis benedictiónibus paréntes nostras ; ipsórum ánimum tua sancta grátia adáuge ; præsta ut ipsi fidéliter ac semper mýstici tui cum Ecclésia connúbii imáginem custódiunt, quam die suárum nuptiárum in eis sculpsisti. Tui sancti timóris spíritu, qui est sapiéntiæ principium, eósdem reple, et quóvis momento ipsis suáde ut eúmdem in filiis suis infúndant atque ita semper in via mandatórum tuórum incédant, utque et in hoc terréno exsílio gáudium ipsórum, et in cœlésti pátria corónam efformáre váleant.

Tandem, Dómine Deus, éffice utrítque ad extremam senectútem, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudéntes, pervenire queant, ut simul nobiscum, suis filiis, tuas laudes in cœlésti patria cantáre perénniter mereántur et úberes grátias agant ob magnum donum eisdem oblátum, ipsis concedéndo, in hac lacrimárum valle, lumen tuæ infinitæ fecunditátis tuæque divinæ paternitátis. Amen.

\*\*\*\*\*  
FOR PARENTS  
\*\*\*\*\*

**To be said by PARENTS in behalf of their Children**

**O LORD** God, Who hast called us to holy matrimony and hast been pleased to render our union fruitful, thus making glad the sublime state of life wherein Thou hast placed us, by a certain likeness to Thine Own infinite fruitfulness; we heartily recommend to Thee our dear children; we entrust them to Thy fatherly care and all powerful protection, that they may grow daily in Thy holy fear, may lead a perfect Catholic life and a source of consolation, not only to us, who have given them life, but chiefly to Thee, Who art their Creator.

Behold, O Lord, in what a world they must pass their lives; consider the cunning flatteries whereby the sons of men everywhere endeavor to deprave their minds and hearts with false doctrine and wicked example. Be watchful, O Lord, to help and defend them; grant us the grace to be able to guide them aright in the paths of virtue and in the way of Thy Commandments, by the righteous pattern of our own life and practice, and our perfect observance of Thy holy law and that of our Holy Mother the Church; and in order that we may do so faithfully, make us certain of the grave danger that awaits us at the hands of Thy Divine justice. Nevertheless all our efforts will be unavailing, unless Thou, O almighty and merciful God, shalt make them fruitful by Thy heavenly blessing.

This Thy blessing, therefore, we humbly ask of Thee, from the bottom of our hearts, trusting in Thy great goodness and mercy hitherto shown unto us; we ask it for ourselves and for the children whom Thou hast been graciously pleased to give unto us. We dedicate them to Thee, O Lord, do Thou keep them as the apple of Thine eye, and protect them under the shadow of Thy wings; do Thou make us worthy to come at last to heaven, together with them, giving thanks unto Thee, our Father, for the loving care Thou hast had of our entire family and praising Thee through endless ages. Amen.

(Pre-1968: 300 days)

\*\*\*\*\*  
FOR CHILDREN  
\*\*\*\*\*

**To be said by CHILDREN in behalf of their Parents**

**O ALMIGHTY** and everlasting God, Who, in the secret counsels of Thine ineffable Providence, hast been pleased to call us into life by means of our parents, who thus partake of Thy divine power in our regard, mercifully hear the prayer of filial affection which we offer to Thee in behalf of those to whom Thou hast given a share of Thy fatherly mercy, in order that they might lavish upon us in our journey through life the consoling gift of Thy holy and generous love.

Dear Lord, fill our parents with Thy choicest blessings; enrich their souls with Thy holy grace; grant that they may faithfully and constantly guard that likeness to thy mystic marriage with Thy Church, which Thou didst imprint upon them on the day of their nuptials. Fill them with the spirit of holy fear, which is the beginning of wisdom, and continually move them to impart the same to their children; in such wise may they ever walk in the way of Thy Commandments, and may their children be their joy in this earthly exile and their crown of glory in their home in heaven.

Finally, Lord God, grant that both our father and our mother may attain to extreme old age and enjoy perpetual health in mind and body; may they deserve to sing Thy praises forever in our heavenly country in union with us, their children, giving Thee most hearty thanks that Thou hast bestowed upon them in this valley of tears the great gift of a share in the light of Thy infinite fruitfulness and of Thy Divine Fatherhood. Amen.

(Pre-1968: 300 days)

### A Prayer to be said by Children

**DULCÍSSIME** Iesu, qui puer, Názarae, Mariæ et Ioseph súbditus, exémpLAR præclárum púeris reliquísti pietátis et obediéntiæ in paréntes atque eximíæ in omnes reveréntiæ, fac, piíssime rogo, ut semper et in ómnibus intuéri te stúdeam, ut crescéntibus annis, grátia et amóre tui crescam : Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. Amen.

### Fac nos, Domine Iesu

**FAC** nos, Dómine Iesu, sanctæ Familiæ tuæ exémpLA iúgiter imitári, ut in hora mortis nostræ, occurrénte gloriosa Vírgine Matre tua cum beáto Ioseph, per te in ætéRNA tabernácula récipi mereámur : Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. Amen.

(ex Missali Romono)

*Nos, Iesu, María et Ioseph bone, Benedicite nunc et in mortis agóne.*



**Iesu, María, Ioseph!**

Jesus, Mary, Joseph!

(Pre-1968: 7 years)

### FOR SPOUSES

#### Sacratissimum Cor Iesu, Rex et centrum omnium córdium

**SACRATÍSSIMUM** Cor Iesu, Rex et centrum ómnium córdium, hábita et regna in córdibus nostris fac per grátiam tuam, ut nosmetipsos invicem caste et vere diligámus sicut tu immaculátam tuam Sponsam, Ecclésiám, dilexísti ac temetípsum pro ea tradidísti.

Concéde nobis mútuam illam caritátem et christiánam indulgéntiam tibi summóperè acceptíssimam, mutuámque in tolerándis deféctibus nostris patiéntiam ; persuásus enim habémus nullam creatúram iisdem carére. Noli permittere ut vel mínimus detriméntum cápiat plena ac suávis illa animórum concórdia, fundaméntum altérni illius adiutórii in váiris plurimisque vitæ necessitatibus, quod finem constituit propter quem creáta fuit mulier et viro inseparabiliter iuncta.

